Ziatkiewicz Alberti: Quaestio philosophica de intellectu humano.

A. D. O. M. G. B. V. M. H.

QVÆSTIO PHILOSOPHICA,

DE

INTELLECTV HVMANO

Ad mentem

D. THOMÆ DOCTORIS ANGELICI

Permißu.

MAGNIFICI D. RECTORIS

In Alma Academia Cracouienſi,

Publicæ Diſputationi,

In Perauguſto DD. Theologorum

LECTORIO.

A

M. ALBERTO ZIATKIEWIC,

Philoſophiæ Doctore & Profeſſore

PROPOSITA.

Anno humanæ Salutis M. DC. LX. V.

Die Menſis

CRACOVIÆ,

In Officina apud Hæredes STANISLAI BERTVTOWIC.

QVÆSTIO V.

Intellectus humanus ens pro obiecto habens, realiter diuisus in possibilem & Agentem, intellectiuam in se comprehendens memoriam, suâ intellectione tanquàm verâ actione producat verbum realiter ab illa distinctum: nec ne?

CONCLVSIO PRIMA.

Obiectum adæquatum extensionis, intellectus humani, est Ens in tota sua latitudine acceptum

COROLLARIA.

1. *Obiectum tale, est primum primitate adæquationis, temporis, & resolutionis; sed non perfectionis.*
2. *Ens vt ens non est obiectũ formale QVO, sed QVOD, nostri intellectus absolutè considerati.*
3. *Intellectus humanus, pro hoc statu quidditatem materialem, â conditionibus indiuiduantibus abstractam, recipit pro obiecto proportionato & specifico.*
4. *Intellectus corpori coniunctus, non intelligit quidditatiuè substantias abstractas.*
5. *Potest tamen ex effectibus & â sensatis cognoscere entia abstracta.*

CONCLVSIO SECVNDA.

Intellectus agens realiter distinguitur ab intellectu possibili.

COR-

COROLLARIA.

1. *Actiua & paßiua potentia, non est eadem respectu eiusdem obiecti.*
2. *Intellectus agens, & si non intelligit: tamen phantasmata illuminat.*
3. *Angeli non indigent agente intellectu.*
4. *Intellectus poßibilis, est pura potentia in genere intelligibilium.*
5. *Intellectus patiens, collatus cum obiecto, est potentia paßiua duntaxat.*

CONCLVSIO TERTIA.

Memoria datur in parte animæ rationalis intellectiua.

COROLLARIA.

1. *Memoria est specierum conseruatrix.*
2. *Memoria intellectiua per conuersionem ad phantasmata habetur.*
3. *Memoria propriè accepta, quæ etiam brutis inest, non datur in parte animæ rationalis intellectiua.*
4. *Memoria intellectiua non distinguitur realiter ab intellectu poßibili; sed ratione.*
5. *Memoria intellectiua retinet species intelligibiles, in intellectu poßibili impreßas.*

CONCLVSIO QVARTA.

Intellectio seu dictio, est vera actio producens verbum, realiter à se distinctum.

COROLLARIA.

1. *Intellectio non est qualitas: vt alij aßerunt.*
2. *Intellectio est verè & propriè dicta operatio.*
3. *Intellectus poßibilis factus in actu per speciem intelligibilem, est principium actiuum intellectionis.*
4. *Ita intellectio distinguitur à verbo; vt res à re.*

5. *Omnis creata intellectio producit verbum, solâ visione beatificâ, exceptâ.*



Sub felicissimis Auspicijs.

Magnifici Perillust: & Admod: Reuer: Domini

D. STANISLAI IVRKOWSKI,
S. Th: Doctoris & Professoris Ecclesiæ
Colleg: S. Floriani Præpositi, Custodis Opatouiensis,
Protonotarij Apostolici, Coll: Vladislauiani Prouisoris. Almæ Academiæ Cracouiensis Procancellarij & interea GENERALIS eiusdem ac Vigilantissimi

RECTORIS.